

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

30 Martii. 3 Kal. April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

30 Martii. 3 Kal. April.

S. Regule Episc. qui ad aram, di-  
vino sacrificio intentus , tres  
columbas, trium Martyrum nomi-  
na ore ferentes, vidisti ; ranis, sub  
concione foris coaxantibus , silen-  
tium indixisti ; carceres ultrò tibi  
patere, & vincitos dimittere fecisti;  
dæmonibus semper terribilis. Re-  
move à me, quicquid me impedit  
abiis, quæ Dei sunt: ora, ut nec  
nunc, nec in agone meo, audeat  
in me quicquam dæmon, toties à te  
victus; ut denique meum etiam no-  
men cælestes columbae ferant, non  
infernales corvi ; legärque inter e-  
lectos. Amen.

S. Quirine tribune, cum totâ do-  
mo baptizate, post linguæ abscis-  
sionem, equulei suspensionem, ma-  
num, ac pedum detrunctionem,  
gladio M.

Sancti Domnine, Victor, & socii  
MM.

Omnes sancti Martyres Con-  
stantinopolitanî, pro fide Catho-  
licâ, inauditis tormentorum gene-  
ribus occisi.

SS. Pastor, & Zosime Episco-  
pi.

S. Joannes

312 ANNI CÆLESTIS

S. Joannes Climace, cuius cibus  
potus, somnus, citra saturitatem  
fuit; qui magnus virtutis magister,  
tentationes adeò compescuisti, ut  
Angelicā postea libertate gaudē-  
res.

S. Clini Confessor.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 44.

S. MARIA, quæ trigesimā Martii  
cónditio, ut ajunt quidam, ex lapsō  
homine, prædicta es à Deo, serpentis  
caput contritura. Contere caput illius,  
quicunque seu homo, seu dæmon, mihi  
serpens est, ut me mordeat, ut me  
à bono quopiam abducat, vel in pe-  
catum inducat. Fac me de illo victo-  
rem!

31 Martii. Prid. Kal. April.

S. Guido, cui Martinus laicus, i  
morte tunc resurgens, dixit; vi-  
sa à se terribilia loca pœnarum, &  
multos istic notos, atque propin-  
quos suos: adfuisse sibi trementi  
fotissimum virum, & stolâ candi-  
dâ, tiarâque insignem, qui manu  
alterâ virgam, alterâ favum mellis  
tenens, cùmque ad comedendum  
blandè invitans, dixerit se esse S.  
Michaëlem, ad eum consolandum  
missum.